

exigere nec recuperare ullo modo aliquid quod habere deberent. Et si aliquid
exigerent possint capi et carcerari non obstante parte presenti. Et si dicti debi-
tores poterunt esse concordēs per modum predictum benequidem, quando uero
20 creditores sui nollent eis facere tales terminos quod dicti pauperes homines pos-
sint stare et habitare in insula nostra, tunc habere debeant recursum ad rectores
nostros locorum predictorum, qui audita differentia existente inter tales debitores
et creditores, consideratis condicionibus partium debeant terminare et aptare
ipsos per illos modos et ad illos terminos qui eis rationabiles uidebuntur. Et illud
25 quod per dictos rectores fuerit terminatum debeat obseruari. Uerum si predicti
debitores non facerent se scribi infra terciam diem ut dictum est possint capi et
detineri pro debitis predictis non obstante immunitate partis presentis. Reser-
uata nichilominus libertate quam haberent dicti nostri rectores in faciendo gra-
29 tiam de condemnationibus factis per eos. De parte alij—non o—non sinceri 3.

31

Οἱ ἀγρόται τῆς Κρήτης πληρώνουσιν ἐτησίως φόρον δουλοπαροικίας γρόσια δώδεκα εἰς τὸ δημόσιον
πλὴν τῶν ἀγροτῶν Σητείας, οἵτινες πληρώνουσι γρόσια δέκα ἐπτά, ἐκ τῶν ὁποίων δύο κρατεῖ
ὁ ρέκτωρ, ἐν ᾧ καγκελλάριος καὶ δύο ἀποστέλλονται εἰς Βενετίαν. Διὰ τὴν ὀφειλομένην ἰσότητα
καταργοῦνται ταῦτα καὶ τοῦ λοιποῦ παρ' ὅλων τῶν ἀγροτῶν θὰ εἰσπράττονται γρόσια δώδεκα,
ὑπὲρ τοῦ δημοσίου Βενετίας. 1384, Μαΐου 17.

F^o121r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XVII Maij.

Capta. Quia omnes rustici insule nostre Crete soluunt omni anno grossos
duodecim pro uilanazio nostro communi exceptis rusticis Sithie, qui coguntur
soluere grossos decem septem, quorum duos retinet rector loci, unum cancella-
5 rius et duo alij grossi ponuntur in nostrum commune. Et utile sit tractare eos
equaliter cum alijs ut non habeant causam querele; uadit pars quod de cetero
rectores nostri dicti loci presentes et futuri non debeant accipere alicui de dictis
rusticis ultra grossos duodecim, sicut soluunt omnes alij rustici insule Crete de
quibus nichil accipere debeant ullo modo, set ponantur omnes duodecim in nos-
10 trum commune sicut est iustum.

32

Ἀπαγορεύεται εἰς τοὺς ρέκτορας νὰ ἐξαναγκάσωσι τοὺς παραγωγοὺς νὰ πωλῶσι τὸν σῖτόν των εἰς ἡν
τιμὴν ὑποδεικνύουσι πρὸς ὄφελος αὐτῶν καὶ τῶν φίλων των. 1384, Μαΐου 17.

F^o121r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XVII Maij.

Capta. In super quia rectores nostri dicti loci tempore messium soliti erant
fieri facere unam proclamationem quod frumentum deberet portari ad plateam
et dari pro tanto precio faciendo semper minus pretium eo quod ualuisset et hoc